

1782 [= 2623] in *pietra quadrata* ACC. Repertum Puteolis in maris litore et translatum Neapolim in domo D. Pontani IVC. iisdemque fere verbis LIGORIANI (Bodl. Metell. Smet. Waelsc.). In domo Pontani BON. LIL. (qui addit 'ad aedis Busiridis') AVG. ACC. — Fuisse postea apud Spataforum et eius filio mortuo Romam translatum esse narrat SVMONTIVS, vulgi fabulationibus opinor fidem accommodans.

L · ANNIO · L · F · COL  
MODESTO  
HON · EQVO · PVBL

K · IVN · IN · CVRIA · BASILICAE · AVGVSTI · ANNIANAE · SCRIBVND · ADFVER  
5 T · OPIIVS · SEVERVS · VIGVETIVS · LIBERALIS · IVLIVS  
CAPRETANVS · GRANIVS · LONGINVS · QVOD  
6 AVFIDIVS · THRASEA · TI · CLAVDIVS · QVARTINVS · II VIRI  
V · DE · CONFIRMANDA · AVCTORITATE · MEMORIAE · HONORAND  
STATVAQ · PONENDA · ANNIO · MODESTO · ANNI · NVMSIANI · ORNATI  
10 VIRI · FILIO · Q · D · E · R · F · P · D · E · R · I · C · CVM · ANNVS · NVMSIANVS  
VIR · AD · SINGVLOR · TESTIMONIVM · PERTIN · QVA · PROBITATE  
MORVM · QVA · QVIETAE · VITAE · QVOD · VNIC  
IN · DOLORE · PRAESIDIVM · EST · MERVERAT · ADFECTVVM · NOSTRORVM  
CONSOLATIONEM · ADQ · CANDORE · ORDINIS · NO  
15 STRI · BONVM · CIVEM · PIVMQ · PATREM · IN · TAM  
GRAVI · FORTVNAE · INIVRIA · QVA · POTEST · INDIGNATIONE  
A · TANTA · AVOCARE · TRISTITIA  
PLACERE · HVIC · ORDINI · AVCTORIT · IN · EAM · REM · ANTE  
HANC · DIEM · FACTAM · CONFIRMARI · PERMITTIQ · ANNIO  
20 ADIECTO · LIB · EIVS · STATVAM · PONERE · ANNIO · MODESTO · LOCO  
ADSIGNATO · A · II · VIRIS · NOSTRIS · QVO · TESTATIOR · SIT · ERGA · EVM · ADFECTVS  
REI · P · NOSTRAE · CONLAVDANTIS · QVOD · IN · VITA · PRAESTITERIT · CENSVER

ADIECTVS · LIB  
L · D · D · D

Duo exempla extant alterum Iucundi f. 114, alterum Augustini Tyferni cod. 3540 f. 7', cod. 3528 f. 24 et apud Peutingerum cod. 527 f. 77, qui addit: 'XIX versus sunt harum minutissimarum litterarum, quae ex maiore parte vetustate sunt abolitae, quae nisi ab aliquo magnae doctrinae viro et singulari sollertia legi vix possint et longo labore etiam non sine Apolline. Sed perlegi tandem multis diebus Mercurio nostro adiuvante'. Cum tamen Iucundus et Augustinus etiam in mendis conspicerent (sic uterque dat 8 VR pro V-F, 10 L-C pro I-C), probabile est Augustinum et ipsum adhibuisse exemplum Iucundianum. Viderunt item Accursius II n. 7 et Morillon apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 354', sed hi non descripserunt nisi v. 1. 2. 3. 23. 24, de reliquis adnotant Accursius: *in questo spazio vi sono 19 versi di lettere minutissime, ma guaste quasi tutte*; Morillon: 'reliquae litterae exiguae non leguntur'. Ab Iucundo et Augustino pendent reliqui. Scilicet Augustinum expressit Apianus 110, 3; ab hoc autem (quod ostendunt maxime verba v. 17 omissa A-TANTA) Giordanus ms. (qui Apianum citat; ex Giordano Celano *giorn.* 2 p. 112); Georg. Fabricius antiq. ed. 1549

p. 40, quamquam ait Neapoli se descripsisse ex antiquitatibus Pontani apud Hadr. Guilielmum; Fonteius de gente Caesia p. 129 a Iacobonio; Brissonius de form. II § 169; Summontius 1, 121, alii. Iucundianum exemplum redit apud Bononium cod. Trai. f. 132', cod. Ottob. f. 41' et Lilius f. 172; item apud Ligorium cod. Visc. f. 47', cod. Bodl. f. 147, cod. Taur. 14; apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 326', ubi adscribitur 'Vallambertus ex Iucundo', item 'Morillon excipit 1547' (quem non descripsisse nisi v. 1. 2. 3. 23. 24 supra vidimus), item 'Apianus 110'; apud Waelscapplium f. 88 et Smetium ed. 83, 10 cum adnotatione hac: 'Pontani ipsius commentum hoc esse et ab aliis ex istius archetypo 'descriptum facile crediderim' (inde Capaccius hist. Put. p. 7, hist. Neap. I. 2 c. 24 p. 742; Grut. 355, 1). Ligorius Metellus Waelscapplius Smetius ab eodem archetypo pendent. Henzen 7169.

Variam lectionem subieci Iucundi (ratione habita Bononii et Lilli, qui usi Iucundi pugillaribus quaedam emendant in codice Veronensi corrupta) et Augustini cod. 3540 et 3528; reliquorum auctorum eatenus rationem habui, ut intellegatur et nullus eorum usus et exemplorum parentelae. Versuum divisionem in vv. 1—3. 23. 24 retinent Aug. 3528 Acc. Mor., in vv. 4—22 unus Augustinus 3528; numerum testantur idem et Accursius. In versuum divisione falsa conspirant Ligorius Metellus (m. 2) Smetius. — 1 in. L. om. Mor. — 4 in] IH Aug. — BASILICAE omittunt Ligoriani (scilicet praeter Ligorium Metellus, qui delevit, Waelsc. Smet.). — AVGVSTINIANAE Aug. (AVGVSTINIA 3528), cum suis (Apian. Giord. cct.) et Bon., AVGVSTINIANE Lil., AVGVSTIANAE Iuc. (Ver.), AVGVST-ANNIAN Ligorius cum suis (Metello m. 2, Smetio; AVGVST-ANNIANAE apud Giord. superser. ex Capaccio opinor; AVGVST omisso altero vocabulo Waelsc.) proba emendatione sumpta ex n. 1786, ubi est Aug. *Annian.*, cum in tertio decreto n. 1783 dicatur *basilica Augusti Anniana*. — 5 VIGVETIVS Iuc. Aug. (VEGVECIUS cod. 3528), VIGETIVS Ap. Fabric. Giord., VIGNETIVS Ligorius cum suis. — 7 C-AVFIDIVS traditur; emendavi ex n. 1783. — TI Iuc. (Ver.) cum n. 1783, T Aug. Bon. Lil. — QVARTINVS Aug. 3528, QVADRINVS Ap. Fabr. Giord., AVARTINVS Waelsc. m. 1, ANARTINVS Lig. — 8 VR (VR Iuc.) auctores, etiam Ligoriani; V-F Smetius omnino ex coniectura. — MEMERIAE Aug. 3540. — 10 R-I-C Ligoriani ex emendatione, R-L-C Bon. (Trai., R-VIC, sed VIC in litura, Ott.) Lil. Aug., R-L-E Iuc. (Ver.). — 10 fin. videtur excidisse ORNATVS. — 11 V-C pro VIR Fabric., II-VIR Iacobon. emendantes. — 12 QVIETAE Iuc. Bon. (Trai.) Met., QVIETE reliqui. — VNIC Bon. (Trai., VNICVM Ott.) Lil. Aug. (ubi sequitur fortasse hiatus significatio), VNIE Iuc. (Ver.), VNIE Met., VINC Ligorius, VIVO Waelsc. Smet., VAIR superser. VIVE margo libri Waelscappliani. — 13 MERVERAT traditur; requiritur MERVERIT. — 14 ADQ Iuc. Bon. (Trai.) Aug., ATQVE Bon. (Ott.), ADQVAE Lil. — 17 ATANTA Bon. (Ott.) solus; om. Ap. Fabric. (qui A inseruit coniectura) Giord. — TRISTITIA Aug. 3528. — 19 PERMITTIQ reliqui, etiam Ligor. Met., PERMITTIMVS Waelsc. Smet. — 21 II VIRIS Bon. Lil. Aug., II VIR Iuc. (Ver.). — 22 CONLAVDANTIS Bon. (Ott., COLLAVDANTIS Trai.) Lil. Aug., NONLAVDANTIS Iuc. (Ver.) Met. (m. 1), CONLAVDAMVS Ap. Fabric. Giord. — CENSVR Waelsc. (m. 2) Smet., CONS Ligor. Waelsc. m. 1. — 23 ADIECTVS Mor.

L. Annio L. f. Col. Modesto hon(orato) equo publ(ico). — K. Iun. in curia basilicae Augusti [An]niana. Scribund(o) adfuer(unt) T. Oppius Severus, Viguetius Liberalis, Iulius Capretanus, Granius Longinus. Quod [T.] Aufidius Thrasea, Ti. Claudius Quartinus Iiviri v(erba) [f]ecerunt] de confirmanda auctoritate memoriae honorand(ae) statuq(ue) ponenda Annio Modesto Anni Numisiani ornati viri filio, q(uid) d(e) e(a) r(e) [f]ieri p(laceret), d(e) e(a) r(e) [i]ta] c(ensuerunt). Cum Annius Numisianus [ornatus] vir ad singulor(um) testimonium pertin(eat) qua probitate morum, qua quietae vitae, quod unic(um) in dolore praesidium est meruer[unt] adfectuum nostrorum consolationem adq(ue) candore ordinis nostri [dignum sit] similiave videntur omissa esse] bonum civem piunq(ue) patrem in tam gravi fortunae iniuria qua potest indignatione a tanta avocare tristitia: placere huic ordini auctorit(atem) in eam rem ante hanc diem factam confirmari permittiq(ue) Annio Adiecto lib(erto) eius statvam ponere Annio Modesto loco adsignato a Iiviris nostris, quo testatior sit erga eum adfectus rei p(ublicae) nostrae conlaudantis quod in vita praestiterit. Censuer(e). — Adiectus lib(ertus) l(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum).